

**Dissertationem de variolis, hactenus in patria grassatis / sub praesidio ...
Johannis Bohn ... publicae ... censurae subjicit Andreas Buxbaum.**

Contributors

Bohn, Johannes, 1640-1718.
Buxbaum, Andreas, -1730.

Publication/Creation

Lipsiae : Typis Eliae Fiebig, [1679]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/jhzwjkdq>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

QUOD DEUS SECUNDET!

DISSERTATIONEM

DE

VARIOLIS, HA-
CTENUS IN PATRIA
GRASSATIS,

QUAM

Gratiosissimæ Facultatis Medicæ Lipsiensis
consensu,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI

ATQVE EXPERIENTISSIMI

DNI. JOHANNIS Boht /

Phil: & Medic. Doct. Facult. Med.

Affess. Anat. & Chirurg. Prof. P.

DN. PRÆCEPTORIS ATQVE PATRONI

summè colendi

publicæ Philiatorum censure

subjicit,

ANDREAS Burbaum /

MARTISE. MISNICUS

AUTOR.

Die II. Aprilis Anno M.DC.LXXIX.

L I P S I Æ,

TYPIS ELIÆ FIEBIG.

*REVERENDISSIMI, SERENISSIMI ac CELSISSIMI
PRINCIPIS ac DOMINI,*

DN. CHRISTIANI

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ

ET MONTIUM EPISCOPATUS MARTISBUR-

GENSIS POSTULATI ADMINISTRATORIS, LANDGRA-

VII THURINGIÆ, MARGGRAVII MISNIÆ, ut &

SUPERIORIS & INFERIORIS LUSATIÆ,

COMITIS MARCKÆ & RAVENS-

BURGI, DOMINI in RA-

VENSTEIN.

*DOMINI SUI CLEMENTISSIMI
FILII.*

DN. CHRISTIANE.

DN. AUGVSTE.


DN. PHILIPPE.

DN. HENRICE.

DUCES SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ

ET MONTIUM. &c. &c.

DOMINI CLEMENTISSIMI.

 Oli facem accendere viderer, si in enarrandis laudibus, quibus Vosmet immortalitati consecrastis, diu me detinerem. Sufficiat pro nunc notasse propensionem, quâ literatos prosequimini omnes. Certe enim hac sola, quâ & me abuti licentiâ passa est, ut praesens hocce scriptum Illustribus Vestris Nominibus, exornaverim, prae muniverim. Continet hoc meditationes super Variolas, per semestre, & quod excurrit, spatium, in Patria inquilinam juventutem grassatas, quas ut primitias eruditionis meae, qualis qualis etiam, ad Patria Patris Celsissimi, immortalis Fama Haredum, pedes devotè depono, Clementiam Vestram humillimè rogans, ut quam à Parente ac Vobis, Celsissimi Principes, gratiam, per 44 annos Ecclesiae hujus Cathedralis Diaconus vigilantissimus, Pater meus expertus fuit, illam & mihi, filio ejus superstiti devotè devenerari, clementissimè concedatis. Faxit Summus Archiepiscopus, ut diu sani degatis, floreatis, aetatis senilis ornatisimum decus, canitiem Serenissimi Parentis, Ne-floreosq; annos consequamini Omnes!

Cels. Cels. Cels. Cels.

Vestr. Vestr. Vestr. Vestr.

Dabam Lipsia die 8. April.
Anno 1678.

Subiectis. atq; humillim.

Servus

ANDREAS Buxbaum.

PROOEMIUM.

Humorum vitia gravius luere animalem œconomiam, quilibet Neotericorum politioribus imbutus principiis, necum non diffitebitur. Sic de chylo cæterorum humorum quasi fundamento & radice ubivis instituuntur quærelæ, quod hic digestionis errore nunc viscido-acidus, nunc nidorosus, nunc alio modo corruptus, innumera mala, ut fluxus caliacos, lienterias, dysenterias, alvi adstrictiones, flatus, vermes, tormina etc. œconomia nostra animali causetur. De bile ex cista fellea in duodenum pro chyli perfectione (si vera sunt, quæ ab Autoribus partim scribuntur, partim dicuntur) translata, notorium, quod vitiosè genita non minimum damnum huic inferat. De sanguine, partim à vitiosis, ex cæteris digestionum officinis, transmissis; partim vitiosis, inspiratis, malè affecto, luce meridiana clarius, quod hanc mirum in modum turbet, planeque non raro destruat. Sed quid dicamus de lymphâ in glandulis tam conglomeratis quam conglobatis transcolatâ, nonne & ab hac, vitiosè nimirum genitâ, vel aliàs malè affectâ, exitium œconomia dictæ animali metuedum? Dicimus omnino: Hæc enim, quibuscumque erroribus s. externis sive internis, reddita nimis acris, acida, salsa vel alia qualitate vitiosa conspurcata, est is ipse hostis infensissimus, à quo hæc truculentissimas, periculosissimas, non dicam vix domandas; ut luem veneream, scirrhus, strumas, inflammationes, lithymias, syncopes, cordis palpitationes, scorbutum, hecticas, febres Sylvio dictas lymphaticas, asthmata phthises, tusses, raucedines, dentium dolores, spasmos, paralyses, scabiem, atrophiam, arthritidem vagam fixamque, febres cum excretionem cutanea conjunctas, ut petechias, purpuram, maculas, scorbuticas, morbillos, vario-

dulc-acidam) corrupti, lympham minus temperatam, sed quali-
tatibus excessivis, disponentibus sic rebus non-naturalibus, cor-
pori noxiis, imbutam gignunt, genitam ad Mm. Sam distribuunt,
hancq; simili labe inficiunt. Et nec hoc sine ratione à nobis ita sta-
tui credas, adi *Horst. lib. 6. Obs. Append. p. 308.* affirmantem, quod su-
scepti è Parentibus lue gallica infectis omnium gravissimè vario-
lis decubuerint, Jam v. omnium suffragio certum est, lue galli-
cæ radicem hæere in glandulis. Quod si ergò lue gallicæ infe-
ctorum liberi ob vitium hæreditarium & connatum, in glandulis
hospitans, variolis, majoribus quidem stipatis symptomatis, affe-
cti sint, quidnî & in illis, ab infectione hæreditaria immunibus
glandulæ subjecti locum tueantur. Nec minus & hoc confirmans
glandularum, circa fauces & collum situatarum dolores tumores-
que, de quibus subinde variolantes conquerruntur; it. tussis, rau-
cines aliaq; symptomata variolarum eruptionem anteceden-
tia: quatenus lymphæ vitiosè genita nunc proprio domicilio &
generationis suæ loco; nunc cæteris partibus, quibus certos ob-
usus infunditur, est exitiosa. M.S.a. secundarium morbi subjectum
merito constituitur, quatenus nimirum hæc lympham vitiosè in
glandulis genitam, legeq; circuli hujus humoris sibi infusam, ad
tempus fovet, sustinet, & motus inordinatos, ut febrilia sympto-
mata aliaq; mala sufferre cogitur, donec edomito & in corporis
peripheriam ejecto fero hoc hoste, se in pristinum statum vindicet.

§. 4. Causam proximam multi, quos inter & est certo
modo *D. Willis Tr. de Febris cap. 15. in XII. p. m. 254* cum Arabibus
in menstrui sanguinis inquinamento, tempore formationis in ute-
ro materno hauriendo, quælivère. Quæ opinio cum non solum
apud vulgus sed Eruditos etiam consequi videatur applausum, o-
peræ pretium esse duximus paulò fusius huic inhærere. Ante o-
mnia sciendum autem, quid per fluxum mensium veniat intelli-
gendum Medicis; nimirum fluxus denotatur ille, qui certâ perio-
do ut plurimum (licet ratione peculiaris sanguinis crâseos in
quibusdam nunc anticipet, in quibusdam verò postponat)
Sexui seqviori majorenni (rarissimis siquidem, adscri-
bendus infantibus tenellis obveniens) ob peculiarem sangvi-
nis,

nis, ab aura ex genitalibus M. Sam. inspirante, fermentationem, or-
tam, est solennis. Hujus nunc intuitu, quatenus omninò sangvis
tunc temporis, maximè à dicta aura genitali alteratus (hinc forsan
etiam effectus in alienis corporibus p. naturales Zenith l. adultio-
rum sanguinis menstrui derivandi videntur) existit, primò intui-
tu sententiæ huic subesse aliquid videtur. Verum exactius intuen-
ti, vix omnem, ut dicitur, sustinet probam. I. enim ex Veterum
hypothesi falsum est, quod fœtus H. ex sanguine menstruo mulie-
rum & semine virili in utero formetur nutriaturq; eodem. II. Mo-
dernorum experientiâ constat, quod non in instantibus mensibus,
neq; actu jam fluentibus, sed finitis fiat conceptio; quò, vasis uteri
adhuc nonnihil laxatis quasi, aura genitalis feminis virilis per
hæc ad M. Sam. penetrare, hinc ova muliebria fœcundari, fœcun-
dataq; per ductus Fallopiianos ad uteri cavitatem deponi queant,
Vid. Barbat. de Sang. & vero Exerc. p. 56. 58. Excell. Præf. Exerc. Phys.
24. §. 7. III. Fermentum seu aura genitalis, tempore menstruatio-
nis sanguinem alterans & fermentans exitumq; circa genitalia
determinans, gravitationis tempore feriaripianè videtur, adeo, ut
pleræq; gravidæ ab hoc fluxu immunes omninò degant. IV. Ple-
rorumq; Medicorum Historicorum suffragiò sancitum, primi ævi
temporibus nemini, d. saltem Avicennæ aliorumq; tunc temporis
Medicorum, variolas innotuisse, quod tamen omninò factum, si
à menstruo sanguine hæ derivandæ forent.

§. 5. Firmiori fundamento inniti videntur illi, quibus &
accensendus B. Langius in *Prælect. de Affect. Infant.* malum hoc toti
ferè mundo endemium vitiò hæreditario & principio firmiter in
nobis radicâti, adscribentes, persuasi his præpr. argumentis, quod
malum omnibus utpl. sit inevitabile, & quod hoc præprimis in
consanguineos plerumq; grassetur. Et sanè hoc testantur exempla,
inter quæ notabilia sequentia. Sic fratrem & sororem gemellos,
hanc Lipsiæ, illum Wittebergæ degentes: Nobilem quendam
Giesæ studiorum gratiâ commorantem, alterum apud matrem
domi negotia curantem domestica, fratres germanos, correptos
variolis eodem tempore, ex ore *Excell. Ettmülleri, Præceptoris ma-*

ximè devenerandi relatum habemus. Verum & nec heic tuta fides. Quoad primum enim argumentum, quò omnes ut plurimum, hoc morbi genere affici dicuntur, per placet laudati Doctoris sententia, derivantis *Valetud. Infant. Cap. 2. § 27.* hujus causam ex lacte nutritivo tam in quam extra uterum hausto ab infantulis; quatenus hoc, more omnium lacticiniorum facillimæ corruptionis, abeat in liqvamen acido-Θnum, quod postmodum vitiando corporis succos musteos, & in specie lympham, millia mala producat. Nec desunt præter illa cit. loc. adducta, quæ hoc confirmant. Frequentissimè enim in recens natis observantur pustulæ molestissimæ latè interdum serpentes (wie Tauben-Eyer groß) quas nostræ mulierculæ vocant die Hautblasen / interdum cum purpura alba miliacea conjunctæ, lympham primò pellucidam, acrem, cutem excorantem (inquiunt es wird lauter rohe Fleisch) hinc subflavam, ob longiorem mulierculæ enim in aperiendis his meticulosæ sunt) sub cuticula hærendo, moram, plorantes. In his manifestò apparet lymphæ acrimonia ex vitiò lactis maternæ genita, corrupti, l. à meconio non ritè (quod sæpè observatur) expurgato, vel digestionis primæ propriæ errato. Quoad alterum argumentum, quò in consanguineos utpl. grassare malum innuitur, dici potest, hoc citra vitium posse contingere hereditarium. Cum enim consanguinei utpl. æquali gaudeant temperamento, æquali humorum motu, quid mirum! si, causa occasionali, aëre, epidemicorum affectuum præcipuo autore sic disponente, unò eodemq; tempore simili affectu hi afficiantur.

§. 6. Videtur, salvo aliorum judicio, causæ proximæ locum mereri lympham quovis modo s. vitio digestionum s. inspirationum corruptam, alteratam & in liqvamen acido-salinum p. n. transmutatam. Notetur a. non quodvis acidum in corpore peccans memet heic velle intellectum; his enim latum quoq; concedendum est imperium; nam aliud in podagra, aliud in epilepsia, aliud in morbillis, aliud in variolis concipiendum est. Differunt a. saltem in modo, ita ut aliud magis fixum, aliud magis volatile, aliud alio se habeat modo pro sapore specifico hoc vel illud consti-

tuen-

tuente, nobis verò inexplicabili. Præsumitur a. variolarum acidum de natura volatili, ex eo præpr. dignoscenda, quod hoc fermentorum more (mediantibus particulis volatilibus effectus suos exferentium) contagiosum, ob effluvia è morbido corpore exspirantia, plures inficiat, præterq; alias turbas effervescentias febriles, ab acido haud sperandas fixiori, excitare pote sit.

§. 7. Causa remota seu occasionalis lympham corrumpens & in fermentum acido-salinum acre abire hanc permittens, præter digestionum errata, & præprimis in malo epidemicè grassante, est aer, & in specie hujus \ominus . Δ eo. \oplus sum quibusdam ex causis sufflaminatum, deficiente humido qf. concentratum, sicq; corporib9 nostris haut sufficiēter sub respiratiōis actu cōmunicatū. Supponimus n. missā tanquam rationi min9 congrua quorundam sententiā, sanguinem, per arteriam pulmonalem advectum, nimis, ob calorem in dextro susceptum cordis ventriculo, ebullientem, refrigerare aërem (quæ veterum est hypothesis) vel (quæ Sylvii, ad stylum saltem Modernorum magis sese accommodantis *Disp.* 7. p. 78. est) ratione salis sui purioris condensare denuò in pulmonum vasīs sanguinem in cordis ventriculo dextro rarefactum, statuentium; aërem inspiratum, tanquam fermentum universale omnia vivificans & conservans, multum adjuvare sanguinis, hinc natorum humorum attenuationem & volatilisationem, indeque dependentem fermentativum motū (aëris enim præsentia sive omnis fermentatio, experientiā teste, est frustranea. Cum enim hic in perennanda vita simpliciter necessarius sit; Sanguis autem & chylus ex primis viis advectus, sine attenuatione & volatilisatione fermentationem admittant ægrius, utiq; aliquid supponendum quod hanc promoveat. Præstat autem omnium optime hoc aer, qui sanguini hujusq; sero in pulmonum vesiculis (vesiculare enim experientiā Cl. Malpighii Anatomici incomparabilis, corpus pulmones sunt) in minima quasi discripto, hos ratione seu balsami ætherei Δ eo. \ominus ini attenuando (forsan & virtute astrali balsamica dotando) volatililat, ut à statu, ut dicitur, cruditatis ad statum volatilisationis sponte transeat. Hic nunc, prout legitima

temperie & crassi gaudens sanguinis etiam fermentationem ceterorumq; humorum corporis determinat, & moderatam, nisi aliud circa assumpta & digesta vitium accedat, nostris corporibus conciliat; ita hic ob sufflaminatum, concentratum, plus minus depauperatum, debita humiditate non dilutum, vel nimis interdum. & balsamum suum ☿eo ☉num sanguinem & exin derivatos humores, ad varias ataxias disponit, statumq; corporum sanum in morbosum mutare valet. Sed veniendum ad rem dicendumq; quomodo hic in nostro casu causam proximam in actum deducere operosus extiterit. Nimirum præteritâ æstate nostri horizontis plaga cælum semper habuit lætum, sudum, nullis nubib9 pluvis ferè, ne precibus quidem ab Omnipotente efflagitandis, abductum: exin factum, quod ☉ aëris ☿eo-balsamicum (aliàs à particulis aqueis sursum elevatis imbitum & terræ tanquam matrici insinuatum, corpora varia produciens, productaq; egregiè restaurans) ex defectu vehiculi humidi focii, qf. concentratum sub libero dio hæserit, hinc superveniente autumno primitus quidem temperato, statim vero summè rigido; post hyeme, frigoribus, nivibus, grandinibus ingentib9 intermixta, concentratius rigidiusq; adhuc factum fiet. Stantibus nunc sic rebus aliter fieri non potuit quam quod ob defectum aliqualem hujus (instar balsami aliàs condientis M. Sam. cæterosq; honores) ad putredinalem resolutionem M. S. disposita sit, ex qua febres malignæ ex genere petechialium, arthritides vagæ scorbuticæ cum maculis scorbuticis, in adultiorib9, in teneriorib9 verò subjectis, ob musteos humores facillimè alterabiles & corruptibiles, variolæ ortum traxerunt.

§. 8. Cæterum antequam progressus fiat ad alia, duæ primitus decidendæ veniunt quæstiones, communiter à vulgo etiam propositæ, quæ nimirum veniat 1. quod quidam à variolis infestentur minimè? 2. quod quidam has semel passi nihilominus 2. 3. & pluribus vicibus, notante Borello *Cent. 3. obs. 10.* ab his obruantur. Respondemus pro nostra quidè tenuitate ad primam: lympham corruptam sub alio posse prodire morbi genere & schemate; capitis nimirum tineæ, scabie, pustulis, ulceribus sordidis &c. prout & quotidiana testatur experientia, quod scabie l. tineæ maculati, licet

licet variolas antea nondum experti fuerint, raro l. nunquam his decumbant, l. decumbentes licet, non adeo gravem statum experiantur. Ad 2. Respondemus, hoc contingere ob fermentum malignum non radicitus extirpatum, d. ob neglectam l. negligenter institutam curam, in corpore relictum, quod data occasione levi denuo expergiscere anteaquamq; tragœdiam repetere pote est. Experimur hoc quotidie in ulceribus sordidis, semper, semel licet coaluerint, recidivâtib; tãdiu, donec penitus spina evellatur removeaturq;. Nolo jã prolixo esse in adducendis exēplis, ut anginis, pleuritidibus, ob fermentum relictum recrudescantibus aliisq; ab Autoribus passim notatis, d. ea duntaxat producam à memet notata. Sic obtigit hãc ipsa hyeme matri meæ tumor (qui ipsam, aliàs doloribus lancinantibus vagis arthriticis in brachiis & pedibus præpr. valdè vexatam, ab his immunem degere permisit) in osse sacro circa spinam satis grandis ovi anserini ad instar. Pro hoc, eã quidē parte in præprimis molesto, tollendo suppurandoq;, svasim9 empl. diachyl. c. gnm. Vigō. malaxat. c. bals. ☿ terebinth; sed applicatō hoc, sine suppuratione, quam tamen expectabamus, tumor omninò, maculã saltem rubrã relictã, disparuit, cum ægræ non minimo gaudio. Sed quid macula rubra sibi vult? Certè recidivam tumoris, paucis præterlapsis septimanis, majoribus quidem stipatam doloribus, insequutam, minabatur. Qua propter mutatio cōsiliō applicabatur empl. cōposit. ex empl. de melilol. diachyl. farina triticea melle & ☉. ☿ succini, molliusculum brevi suppurans tumorē, suppurat9 post balsamo ☿ is mundificabatur, ægraq; à molestissimo hoc malo liberabatur. Similiter in Sartoris filiolo observatū ulcus sordidū in alterutra mala, neutiq; sine recidiva, m. supersticiosus (mit versprechen) cōsolidabile remediis, donec hoc (quod notādū, cū variolis planè disparuit; tumorē in superiori maxilla circagivingam, hyberno præsertim tempore sæpius recidivantem in Materialista quodam, notatum, tacendo ut præteream.

§. 9. Differentias variolæ partim à Medicis, partim mulierculis sortitæ sunt varias, ita ut aliæ ratione symptomatum nunc mitiorum, nunc graviorum vocentur vel benignæ vel malignæ. Aliæ à pustularum materia ex vulgi impositione die Wass r. Bocken/Bind-Bocken (quam natam puto ex lymphâ primò pellucida in maculis ad suppurationem tendentibus conspicienda.)

A forma aliæ die *Epigbocken* / (faciem enim acuminatam præ se ferunt) aliæ die *Gieß-Böcken* (majorem in corpore ambitum occupantes & æqualem cristam formantes) Nostra benignis accensendæ videntur, symptomata enim doleranda in quamplurimis fuere, & ex tot decumbentibus vix uno periit. Interim si quæ malignitas his subfuisse visa fuerit, ex symptomatum truculentia dijudicanda, hanc imputatam pro nunc malle subjectis ipsis, ratione constitutionis tenerioribus, adeoque minus ferundis malò quam causæ morbificæ, aliàs æque multum facienti ad morbi vel benignitatem vel malignitatem. Formam non habuere æqualem, sed in diversis subjectis diversam; ita ut nunc acuminatæ & paucò pure refertæ; in quibusdam latè serpentes fuerint; in aliis verò saltem instar macularum rubrarum acuminatarum, sine notabili pure, scabiem siccam æmulantium, sub squammarum forma foveis nullis relictis, deciderint. Cæterum causam sufficientem quidam non habent in totum determinantes affectum nostrum à morbillis & petechiis; in radice enim convenire, & certis saltem quibusdam circumstantiis inter se differre hi affectus videntur; ita ut morbillorum & petechiarum formale consistat in materia plus minus volatili minusque rosiva & fixa, adeoque facile sine pure dissipabili; è contrario variolarum, in materia fixiori, viscidiori, & rosiva, ratione, cujus sub cute immobilis & diutius hærendo, in ulcera plus minus purulenta hujus fibras erodentia abit; ita ut hæ deinceps inæqualiter denuò coalitæ inæqualitatem sub fovearum forma in hac derelinquant, gratiam & nitorem interdum summè defœdantem. *Conf. Misc. Curios. Ann. 3. p. 378.* ubi variolæ in morbillos, petechias & vice versa degenerasse notantur. *It. Ann. 6. & 7. Obs. 53 p. 86.* ubi c. petechiis nigris se exhibuerunt.

§. 10. Symptomatum in casu enumeratorum explicatio paucis expedienda venit verbis, unum enim omnia simplicem & communem agnoscunt fontem, fermentum nimirum acre plus minus rosivum, pro partium diversitate saltem, nunc in hoc, nunc in aliud se transformans pathema. Quatenus enim hoc qualitate rosiva & morficante insignitum, ad genus nervosum, cerebriq; in specie defertur membranas, hinc medullam nervorumq; principia, post

post nervorum qf. vicarium principium spinæ medullam; insignes cephalalgias, vigilias, deliria, epilepsiam, dorsi lancinationes aliaq; symptomata infert. Quatenus ad M. Sam deponitur, ob luctam cum hac intestinam, symptomata febrilia, pulsus inordinatū &c. quatenus cum lymphæ fermentali ad glândulas stomachales, ob irritationem orificio superiori molestam, nauseam, vomitus, anxietates præcordiorum; quatenus ad fauces, ob acrimoniam (Isoacidam) omnia enim acria sitim excitandi vim habent) harum siccitatem & hanc insequentem sitim; quatenus ad asperam arteriam, ob irritationem molestam, tussim, rancedines aliaq; organorum respirationis vitia causatur, donec subactum hoc & præcipitatum per triplicem evacuationis viam; volatilis nim. magis pars ad glandulas subcutaneas, successivè in ulcuscula erodendas; fixior verò partim ad renes, sub ☐æ turbalætæ; partim ad intestina, subfæcū crocearū & male olentiū (formaliter quidē ō in sâgvine latentiū, sed ex loci natura in talia mutandarū) formâ præscribantur.

§. II. Nunc ad Prognosin, tam de variolarum statu presenti, quâ futuro, post horum evanescentiam, formandam. In præsentis statu perpendenda veniunt præpr. epilepsia, febris, vomitus, diarrhœa & pustulæ. Quoad epilepsiam, hæc in principio ante eruptionem neminem terreat, cum sine sit periculo; post eruptionem verò adhuc persistens mali ominis est. Febris acuta cum variolarum excretionem copiosa bonum; ast, intensa licet, paucis interim protuberantibus pustulis, pessimum suggerit *νεκρὸς μὲν*. Vomitus in principio subortus tolerabilem variolarum cursum, post excretionem verò recrudescentem, interiora versus earum regressum certò monstrat. Diarrhœa in augmento, & statum utpl. est fûesta, valdè enim remoratur, nî impedit omninò, variolarum egressum aut eosdè recedere cogit. Pustulæ d. 4. / 7. proveniêtes copiosæ, bonum; paucæ, cœruleæ, lividæ, nigrae (ad necrosin enim M. Sam dispositâ indicât) malum portendunt. Retrocedentes, nî quâ citissimè revocantur, utpl. mortem accelerant. Fauces, collum cæteraq; respirationis organa obsidentes ægri suffocationem; oculos visus hebetudinem, non rarò cœcitate, minantur. Quoad statum futurum pertimescenda impr. vitia capitis, ut tinea; organorum respirationis & loquelæ, ut tussis ferina, phthises tabidæ, rancedines ozenæ ulceraq; faucium; oculorum, ut

panni, phlycten, ophthalmia; artuum, ut dolores vagi imprimis dearticulationis scapulæ cū humero, apostemata carie osiū ut taceam.

§. 12. Superest cura, ad quam antequam me convertō præfigendi sunt prius quidam scopi, secundum quos hæc absolvi debeat. I. esto, ut fermentum acre, M. Sam. in motum fermentativum inordinatum concitans, corrigatur & præcipitetur. II. Ut correctum & præcipitatum è M. S. eliminetur & ad corporis peripheriam extradatur. III. Ut suppuratio promoveatur. IV. Ut symptomatibus sub cursu morbi, ægris vel metuendis, vel præsentibus, debitis remediis occurratur. V. Ut Morbi variolas ut plurimum insequuturi præcaveantur; insequuti verò curentur.

§. 13. Hos autem ut eò promptius feliciusq; consequamur, consultum omninò est, ut statim in primo principio, quando infantes incipiunt esse quveruli, ad imitationem egregii, casu licet, inventi, notati in *Ephim. Germ. Ann. 3 p. 13 & 93*, præmittamus purgans appropriatum ex *§io* dulci ritè parato. Et sanè laudem merentur quoad hoc punctum *§lia*, quod expertus ipsemet in diversis subjectis testor, quæ ex exhibitione *§lium*, in tempore factâ, felicem experti sunt variolarum cursum, ita ut præter paucitatem sine ullo stigmate iterum disparuerint. Certè, quicquid oblatrent miso-chymici de *§libus* medicamentis, non vereor asserere, perfectam & radicalem variolarum curationem, ut & cæterorum morborum lymphaticorum, in his ritè paratis primum, hinc myrrhatis, consistere. Ex omnibus enim metallicis medicamentis, quorquor in officinis prostant præparata, tâta pœtrabilitate minimè pollent, quâ *§* noster, qui ex omnibus volatissimum metallum, intimos corporis penetrandi recessus, fermentaq; morbosa corrigendi extingvendiq; vim habet, adeò, ut ritè paratus & depuratus (de quò infra) etiam citra salivationis notam hæc è corpore proferibat expellatqve. Nec moror heic illos, qui in pristina forma elegans illud *§le* medicamentum & lymphæ acidæ acris correctivum (soli *§io* omnem virtutem debens) *cinnabarim* cum facibus iterum prodire, sine ulla ad M. Sam translatione, perhibent: nullum enim sic in epilepsia per essentiam aliisq; morbis spasmodicis sperandum, ab omnibus ferè promissum Practicis, levamen, si hujus contactus corporalis (virtus enim anodyna & archæi turbati irradiativa, in *§* fundenda *§li* naturæ *Qris*, non sufficit)

cum causa morbifica, lympham nimirum acidam acri, quam corrigit, non fiat. Nec dixisse sufficit, cinnabaris per anum iterum excernitur, E. omnis, & per consequens effectus sperandus nullus: minimè. Licet enim & in compedibus quibus glis, in recessu acidi, valdè detineatur, ne utique tamen in tantum, ut mirus hic artifex datâ occasione & loco, ex his denuò sese extricare ex parte nequeat; notorium namque est, quod quovis etiam modo vulgari ligatus & fixatus, nihilominus crebrius adhibitus, solita phaenomena, tremorem, Evacuationem aliaque introducat, abunde contactum hujus corporalem, etiam in abstrusioribus locis, testantia.

S. 14. Juxta purgantia appropriata si laudavero vomitoria, debitò cum moderamine adhibita, res non parùm suspecta videbitur iis meticulosis præprimis, quibus aliàs hoc medicamentum gentis, malè audit. Quidquid tamen sit, non est quod hisce, hoc in casu etiam, sua detrahatur laus: Ipsa enim natura monstrat viam quam minister Medicus, si citò, tutò & jucunde, infringere morborum impetum intendit, omni ex parte sequi debet. Experimur autem, quod in principio subortus vomitus morbi cursum reddat tolerandum, semperque, nisi aliud quid gravius accedat, eventum polliceatur bonum. Quod si igitur vomitus spontanei à natura ipsa concitati cum ægri contingant evphoria; quid nisi & arte prolecti præstent corpori ægroto commodum. Huic adstipulatur Cl. Virorum experientia: Sic observatione Cl. Præsidis benevolè communicatâ, scimus, non rarò hoc evacuationis genus cum prospero successu & cita variolarum eruptione administratum fuisse. Clarè etiam hinc patet intentio Cl. Ertmülleri, tantoperè commendantis usum pulveris epileptici glis in principio statim adhibendi, sæpius in tenellis vomitum, non sine insigni effectu, concitantis, expulsionem adjuvantis, aliaque graviora mala præcaventis. Quò & collimasse videtur Autor Anonymus in Tentam Medic: de Natura Variol. Londini Ann. 1674. excuso, qui vomitoria debitè adhibita expertus commendat. p. 58.

S. 15. De V. Sne præmittenda nostris scopis, dubius hæreo, an hæc semper & tutò in variolis administrari queat? Prostant nihilominus apud Autores prosperæ successionis exempla, ab aliis tamen non sine ratione refutata. Sic Amatus noster profi-

retur *Cent. 3 Cur. 16* se puero quinquenni incidisse venam inter-
nam brachii & detraxisse 4. Uncias sanguinis cum optimo succés-
su. Idem confirmat *Horst p. 2. Manual ad Medic. S. 1, p. 131. Misc. Cu-
rios. Ann. 3. Obs. 55 p. 92.* Accedit & quod natura ipsa evacuationem
sanguinis per narium hæmorrhagiam interdum moliat. Meo
judicio heic cautô opus est, semper enim & ubivis hoc remedi
genus eligere velle omninô insulsum; sed respectus habendus æ-
tatis, regionis, constitutionis, viriû, qvalitatis morbi &c. ne temerè
in usum vocatô excretionem retardemus, de quo *Will. de Feb. p. 268.*
vel detractô sic virium robore eam omninô impediamus & ægros
ad orcum detrudamus.

§. 16. Hic debito modô præmissis, cura secundum datam
methodum est dirigenda. Ubi simul notasse liceat distinctionem
Præcticis familiarè, inter temp9 ebullitionis excretiôis. Illo tēpore
attendend9 venit scop9 noster primus, jubens, ut fermentum acre
corrigatur & præcipitetur. Assequimur autem hunc medicamen-
tis præcipitantibus absorbentibus vulgò dictis, ut Terreo-alkali-
nis C. C. S, Δ. ebure s. Δ. Unic. fossil. & marino: alcalinis propriè
dictis tam volatilibus ut Θe C. C. viperarum, Ψi &c. quàm fixis, ut
alcali absinth. carduibened. Ψi (omnibus ejusd. in medicina effe-
ctus & usus) acidum acre destruentibus: ḡlibus, ut ḡ diaph. bez.
min. ḡli &c. ḡlibus ut cinab. vel nativâ correctâ vel ḡli. Cum his
tamen semper conjungenda myrrha tanquam appropriatum
lymphæ corrigens, castoreum & opium ritè correctum in legiti-
mâ dosi in adultioribus; in tenellis verò theriaca ad pauca grana
impr. si jectigationes corporis nimix papularum efflorescentiam
impedire videantur.

§. 17. Tempore excretionis, vi scopi nostri secundi, vario-
larum ad peripheriam corporis, præeunte naturâ, expulsio adju-
vanda, medicamentis expulsivis vulgò dictis. Horum numerus la-
tè se extendit, & nulla vetula medicastrix est, quæ non peculiare
possideat; Sufficit heic tradere selectiora, (selecta enim materia
medica & usu comprobata Medicum prudentem decet, ne cum
erronea plebe quævis occurrentia arripiat & ad usum parvô com-
modo trahat) inter quæ usitatoria sunt semina expulsiva dicta,

ut sem. cardui bened. napi, citri, aqvileg. (qvibus, si ægri inquieti & jungendum sem. papav. albi) cum ▽ appropriata in emulsionis formam redacta. Cui optimo consilio addi possunt Ess. Castor. myrrh. bez. min. & diaph. C. C. f. Δ. unic. marin. &c. ut sic eò promptius excretio expediatur. Cum autem hæc emulsionēs, in se aliās sufficientissimæ, licet edulcoratæ, amaritiem non penitus celent, sed tenellis, præprimis subhaustus dosi, nauseosæ existant, melius fallimus hos sequentibus guttulis paucis, & non minori cū fructu, assumendis, nīm. Ess. myrrh. c. Sp. vin. ¶ sato vel Tinct. ¶ i parata. Ess. Castorei alcalisata seu ante extractionem probè c. ☉ ¶ p. d. imbibiti; vel ex his unā cum asa composita Ess. anonyma B. Langii: Elix propriet. alcalisato s. sine acido coleris aurei, omnibus vehiculis aqveis sine præcipitatione jungendo. Elix. Propr. volatili seu cum ☿ *ci vinoso parato, itidem sine præcipitatione aqvosis nubendo.

§. 18. Externè mulierculis in usu sunt frequentī frictiones cum paunis scarlatis; quæ licet determinatæ materiæ ratione (ab aliâ enim, non quidem ratione coloris simili, idem sperandus effectus) superstitionem redoleant, non prorsus tamen damnandæ sunt: irritatæ enim h. m. superficietenus fibræ, sicq; erispatæ, lymphæ allectæ aliquo modo remorantur gradum (ubi enim dolor, ibi secundum Veteres humorum affluxus) ut hæc eò citiùs pedem figat, cutemq; exulceret. Convenientiora hoc in passu videntur (eò sc. in casu ubi ægrius prorumpunt) vesicatoria, hic nunquàm satis laudanda, de qvibus infra pluribus.

§. 19. Tertiò scopo, suppurationi mimirum promovendæ, satisfaciunt marina, ut corallia, mater perlarum (cū hujus fructus margaritæ juvenularum corollariis & armillis aptiora videantur) & polychresti serum oculi, seu potiùs lapilli, qvibus tamen semper socianda myrrha; ita insigniter restitantiâ adhuc symptomata mitigabimus, eradicabimus, suppurationem promovebimus, adeò ut sine notabili fovearum vestigio variolarum crustæ decident.

§. 20. Propero ad quartum scopum, quò jubemur, ut symptomatum tempore morbi obvenientium ratio habeatur. Inter hæc:

hæc primum locum sibi vindicat vomito, plerumq; tragœdiæ prodromum agens. Hic tanquam faustum omen (ni alia accedant graviora mala) morbi levioris cursus feliciorisq; eventus, in principio cohibendus ne utiq; d. sinendo est; nimius verò diutiusq; excretionem sic retardando, protractus, sistendus alexipharmacis, additis aromaticis moderatè adstringentibus; externè ordinando litus ex aromatum, aromaticorum, v. g. caryoph. inacis cinnamom. succin. menth. spicæ &c. ꝑꝑ is, nunc simpliciter mistis, nunc pro consistentia meliori exceptis in ꝑꝑ N.M. expr, serobiculo cordis applicandos unà cum latere calefacto.

§. 21 Epilepsiam optimè præcavemus svasu *Dn. D. Ettmüll. in Valetud.* sumpto, debita in dosi in primo statim principio, pulv. epileptico ꝑli, f. ꝑe ꝑto ꝑii ultimæ rationis, odoris alliat. Eliminata enim sic nunc per secessum, nunc vomitum, in primis viis excrementorum saburrâ, optimè ansam huic malo, ut pl. affligente, præscindimus, & si non in totum, in tantum tamen, tollimus. Quod si nihilominus in morbi incremento hæc appareat, ob non, præterlapsò sic morbi principio, adhibendum dictum pulv. ꝑlem, aliàs summè proficuum, ad tutiora melioraq; vix accedimus, quam cinnabarina supra laudata, aliis, vel ꝑlibus, cervinis &c. socianda & liq;vorem C.C. succinatum præpr. c. ▽. antepileptica rubra D. D. Glaffii, Archiatri Clementissimi nostri Christiani spectatissimi epotum; adjungendo tamen simul externè paulò ante memoratos litus aromaticos.

§. 22. Accidit sæpiùs, ut in statu, ægri, vel ex morbi vehementia, vel sudatione nimia, maximam patiantur virium prostrationem (sie liegen als wenn sie tod wären) His ut succurratur, in priori casu nil melius dabimus Tinct. corall., si cui obrigit, verâ, vel hujus in defectu, corallor. solutione c. Cord. cervi D. Mich. ob ingredientem ambrae essentiam egregiâ: In posteriori verò haustulo vini, vel pane similagineo vino intincto. Aliàs non nimis sumus liberales in exhibendo vino, ne acoris ratione noxa patientibus inferatur.

§. 23. In defendendis partibus præ cæteris Considerationem merentur oculi & collum, ne à variolis infestentur, ab illis enim cæcitas, ab hoc suffocatio metuenda. Præservationis oculorū ergò multa, tam à Practicis quam mulierculis offeruntur, oculi bulbo applicanda, ut alii comesti halitus, langventiū oculis, repetitis vicibus, jejuno stomacho, inspiratus, infusū croci in ▽ quadam ophthalmica, oculis instillandum; succo rutæ recenter expr. depuratus, cūq; ▽ fænic. chel. maj. vel aliā ophthalmica misto applicando oculis. Frustū carnis bubulæ vel vitulinæ, magnitudine Joachimici imponendum &c. *Verum cum hac omnia non virtutis specificæ ratione, sed saltem materiam morbosam repellendo, seu potius cohibendo, ne influat facilè, operari videantur, horum loco sufficiat chrySTALLUS montana, optimè in oculi bulbo præcautura variolarum insultum.* Bulbō à variolis immuni licet, nihilominus ut plurimum palpebrarum cilia à lymphæ viscida inviscantur, adeò ut aperiri nequeant. Pro his referendis, ne noxa à sanie inferatur, multatentantur, ut lactis (ob acorem tamen facilè contrahendum non semper tutus) cremor, decoct. malv. melil. lini, fænugr. quæ omnia emolliendo & corrigendo acrimoniam lymphæ operari videantur. Raræ commiserationis exemplum annotat *Cl. Bartholin. Cont. I. Obs. 29. p. 46.* nutricis, lingvâ lingendo propriâ; oculos variolantis pueri, recludentis, qui valdè alias de oculis periclitabatur.

§. 24. Collo faucibusq; præservandis commendantur à Practicis mucil. sem. cydon. lini fænugr. succ. ☿ fluv. expr. mist. cū ▽ sedi maj. ☉ de purat, (☉ prunellæ, quia semi alcalisatum & fixatum cum ☿ est, nullius hic in casibus, ut & nec in anginis, existit usus) Decoct. balaust. succ. granat. rob. dianuc. diamor. quibus, si sicca tussis simul affligit, add. syr. scabios. liqvir. de jujub. papav. rhead. loch. passul. &c. Addatur, sordidum licet, ex poristone, stercus equinum in potu ordinario datum, quod ratione, ☉ is ☉ si polychresta est medicina. Vel ad imit. Anglorum stercus ovillum vel caprillum cum haustulo vini expr. epotum.

§. 25. Haut rarò experimur variolas, protuberantes licet intro serpere ægrorum maximo cum damno. In his igitur, si salus ægrorum nobis curæ est, revocandis, nihil utilius censemur inter-

nè sumptis volatilibus salinis, externè verò applicatis vesicatoriis, Inter interna expeditius non habemus quam essent. myrrh. cum
 ❖ ci vinoso paratam, vel magis compositum medicamentum. Elix. ptopr. volatil. Et sanè fateor, me hujus usum in talibus morbis, ubi expulsionè opus fuerit, scabie nim. retropulsà, mensibus & lochiis deficientibus, vel non ritè fluentibus &c. semper deprehendisse felicem. Nec hoc mireris; cum myrrha, alias in scopo expulsionis multa promittens, valdè à menstruo, ut mihi quidem constat volatilissimo & penetrantissimo, in virtute exaltetur, adeò, ut raro Medicum, nobilissima hæc medicina, exoptatissima, hac in parte, spe frustretur. De vesicatoriis externè applicandis non parum habeo quod prædicem: Nihil jam dicam de horum commodo in petechiis, quibus mediantibus innumeros valetudini pristinæ restituisse juratus testatur *Horst. Decad. Epist. Med. Ep. 10 p. 53.* cum quo conferatur *Lotich. Obs. Med. l. 1. cap. 7. obs. 15.* in febribus malignis, de quo *Misc. Curios. Ann. 2. Obs. 214 p. 315.* Sed eo saltem, quod subinde Viri docti, & ego cum his, in variolarum in corpus remigrantium, revocatione, experti sumus. Ulterioris confirmationis ergò subnectere liceat historiolum quandam grassante, hoc affectu notatam. Puella nimirum vi. annorum, tam ob animi quam corporis dotes Parentibus charissima, variolis afflicta, propter deliriū perpetuum corporisq; hinc inde jectigatiões, sub lectulo ne utiquam detinenda, loco symptomatum, post protuberantes papulas, mitiorum, patitur graviora, fit anxia magis, vires insigniter prosteruntur, repetunt vomitus, omnia in pejorem mutantur statum. Hinc vocatus, tanquam malum omen excipiebam vomitus repetentes, statimq; suspiciebam variolarum introrsum versus iter, quod & confirmabat accurata harum inspectio, violaceo enim viscebantur tinctæ colore, inque sui medio foveam monstrabant. Quare præsentius remedium in his revocandis arripere vix potui, quam, ut juxta interna expellentia laudata, excitarem vesicas, utpote quas experientiâ Cl. Borrichii ex *Act. Med. Hassn.* summè proficuas. sciebam; nec hoc sine innani effectu: præterlapsus enim 9. præter propter horas, unâ cum vesicis lym-





lymphæ acris pellucidaq; turgidis, redeunt denuò variolæ, simulq; salutis, valdè antea dubiæ, iterum spes affulget. Notetur autem post vesicas factas, vulnuscule esse per aliquot dies, servanda aperta; non quidem more imprudentum Chirurgorum, folia brasicæ, empl. sperm. aliaq; saturnina solùm applicantium, cum hæc brevi coalescere denuò vesicas sinant, sed emplastris aptis, non vesicantibus, sed stimulantibus saltem cutem, ut lympham suam eò promptius ploret. Nim. Recip. Empl. quodcunque, diapalm. Norimb. vel saltem cera threbinthinata, huic add. empl. vesicatoriũ tantum, quantum ad irritationem non autem vesicationem sufficit; ita, præsertim ubi necessitas hoc exigit, non solùm ad aliquot dies, & septimanas, imò menses lymphæ effluxum citra noxam promoveri quamoptimè poterimus. Conf. quoad vesicatoriorum usum præter *Act. Hassn. cit. Misc. Cur. Ann. 4. & 5.* ubi natura ipsa mediante vesica in corpore excitata post lymphæ acris effluxum se à petechiis liberaverit.





§. 26. Non parum etiam facessant negotium nobis ulcuscula sanie turgida, idque duplicem ob metum; I. quod interdum latè serpent, & fibras cutaneas erodendo, corpus, & in specie faciem, dehonestent. II. quod, licet non confluant, foveas tamen faciei gratiam detrahentes relinquant. In præcavendis nunc his malis anxie sunt mulierculæ, variis remediis his ob viam ituræ. Quædam lactis cremorem pustulis; quædam folia betæ albæ, stolido consilio, & damno haut carente, de quò *Fereft. lib. 6. Obs. 50. 51.* applicant: quædam pingved. capon. alb. magis laudant; quædam amygd. dulc. Verum cum pingvia poros obstruendo insensibilem transpirationem valdè vel omninò impedian, hinc innumera mala delicatis corporibus inducant, magis placet Cl. Knöfelii remediũ in *Misc. cur. An. 4 & 5. Obs. 60. p. 50.* comunicatũ, quò, brevitate rationem habentes, B. L. remittimus. Pustulis perfectum pus monstrantibus, exsiccationis gratia svasi cerevisiam secundariam lupulatam recentem (quod bene notandum, fermentata enim, ob contractum, sub fermentatione, acorem, non modo non opem fert, sed etiam noxia existit) quam cum O F . p. d. vel & li-

vio communi paulò fortiori parum alcalisatam, non sine brevi pu-
stularum exsiccatione applicatam vidimus. Quo facto pro facie
detergenda obtuli ∇ . sperm. ran. itid. non nihil imprægnatam \odot
 ∇ i, & Cosmet. Clavii ex bismatho parat. vel aliis Hnis, ex-
cepto saccharo Hni, alcalinum consortium, ratione acidi ∇ ti, mi-
nimè ferente. Plura qui cupit, adeat. *Misc. Cur. Ann. 6. Sc. Append.*
p. 192. Rosencreutzer. Astronom. Infer. Mynsicht, aliosque.

§. 27. Hæc fuit methodus medendi variolis præsentibus,
quam potuit, brevissimè proposita; Haut rraò tamen contingit,
ut post sui disparitionem molestiam adhuc nobis creent, ob pluri-
mam mala, quæ ut plurimum post se trahunt (sie lassen immer ein:
Ständgen hinder sich) nim. vitia totius habitus corporis, atro-
phiâ, cachexiam: partium, lancinationes dolorosas, phthisin, tusses
ferinas, loquæ amissionem, oculorum auriumq; vitia, capitis ti-
neas, scabiè &c. Hæc ergo metuenda partim sunt præcavenda, par-
tim præsentia, curanda. Præcavemus hæc optimè, suppuratione
nimirum peractâ, & svammulis nunc decidentibus, purgatione
institutâ per ∇ dulc. acuatam stimulo cujusdam purgantis fortio-
ris, v. g. gr. aliquot pulveris jalap. excipiendo hæc in paucula rosa-
rum conserva. Curatio horum specialem meretur consideratio-
nem, interim non pigeat frequentiorum saltem, eorumq; hac vice
notatorum, adjicere medelam. Nimirum, cum institutâ laudata
purgatione ∇ li nihilominus infantes incurrerent oculorum vitia
(ut plurimum ob corporis intempestivam nimis, aëri frigido incle-
mentiorique, expositionem) v. g. inflammationes, phlyctenas,
aliaque, his medicabatur debitis ophthalmicis. *Recep.* ∇ opthal-
micam quamcunque, euphras. fænic. chel. maj. leviter vitriolatam
infudi croco metall. vel vitro ∇ ii, spatiò nocturni in loco calido
digessi pro sufficiente vitrioli ∇ lis extractione; hinc depuratam fil-
trando, pro rei exigentia conjunxi cum pulveribus absorbentibus
(ubi nimirum suspicio lachrymarum actiorum aderat) Terreis,
Hninis, Sach. cand. aliisq; ad hoc negotium aptis. Externè, aver-
sionis, ut vulgò dicitur, gratia, vel in nucha, vel pone aures appli-
catum vesicatorium est, servando per 8. vel plures dies vulnusculū
supra.

supra citatō empl., pro lymphæ effluxu, apertum; cum optimo successe.

§. 28. Præter oculorum vitia in & quibusdam notati molesti artuum dolores & lancinationes præprimis circa scapulæ & humeri dearticulationem. Pro his infringendis internè datum est decoct. lign. sassafr. cum passul. aliisque lympham acrem temperantibus, paratum, superaddendo omni haustu vel essent. Lign. Sassafras cum  serpill. paratam vel Essent. myrrh. alcalisatam vel Elix. propr. alcalisatum vel liq C. C. succisatum D. Mich. Externè verò prospectum partibus est   c. vinoso temperato tamen vel cum Sp. V. rectif. solo, vel meliori ex instituto  articulari ad extra D. Mich.

§. 29. Tertium vitium à variolis relictum observare licuit aliquam partium atrophiam, insigni cum vocis raucedine, maximisq; infra umbilicam torminibus, conjunctam, in filiola fabri lignarii quinquenni. Huic, cum viscida pituita, vermes non pauci (quorum etiam quosdam non rarò, cum fecibus spumosis excernere solebat) circa primas vias stabulare viderentur, præmissa purgatione ex  dulci, egregiè viscida incidente & vermes enecante exturbanteq; dedi pulverem pect. D. Mich. c. oleo saccharo anisi sociatum, ex cujus usu maxima ex parte à materia viscida glutinosa liberabatur; verum cum adhuc tussicula cum reliquiis mucaginis ægram molestaret, vasi usurpandam potionem pectoralem paratam ex  is appropriatis   ci anisato sympisque incidentibus solventibus, expectorantibusque, & ita ægram sanam dimisi.

§. 30. Jubeor nonnulla adhuc de diæta, sub cursu morbi instituenda, adferre, quam paucis adornabo verbis. Alimento- rum solidiorum, quia utpl. in principio & statu ægris adversantur, adjungere selectum supervacaneum duxi; nec hæc obtrudenda absq; appetitu ægris sunt; cum nullus, etiam acutissimâ laborans febre, fame pereat unquam. Redeunte verò appetitu offerenda fermento stomachico adhuc debili nullum negotium facientia, ut ova forbilia, juscula, in specie avenacea cum passulis conqvas-

satis parata, in casu ubi abest diarrhoea. Quoad potum perperam à
 quamplurimis interdictum, parum habeo quod moneam, cum hu-
 jus intermissio ne utiquam à patientulis, praesertim non nihil adul-
 tis, sit impetranda; quapropter, ut evitemus noxam, is non adeò
 frigidus, in simulq; sub eruptione medicatus per gelat. C. C. re-
 centem super Δ e prius solutam, vel pomum eqvinum, est praeben-
 dus, ut sic unà fideiā, ut proverbio dicitur, duos de albemus parie-
 ter, sitim nempè temperando & expulsionem promovendo. Vi-
 num liberali adeò manu porrigendum non est imprimis acido-
 austerum, malum ab acido p.n. oriundum, exasperans: exigente
 tamen necessitate & in virium nimio langvore hoc, & in specie
 Rhenanum, cum debito tamen moderamine & denegari haut
 omnimodè debet. Malo profligato ægri, praesertim tempore hy-
 berno, adhuc aliquandiu domi sunt detinendi, cum plurimos, ob
 aëris externi intempestivum usum, morbis denuo afflictos gravis-
 simis non semel imò mortuos quotidiana & lugenda testetur ex-
 perientia.

§. 31. Tandem & antequam colophonem discursibus
 hisce imponam, ventilare liceat adhuc quæstionem Medicis satis
 ambiguam, an nimirum praeservatio à variolis sit possibilis? Auto-
 res heic in diversas trahi lites experieris horum evoluturus scri-
 pta. Autoritate ingeniosissimi Helmontii Tr. de Tempore §. 54.
 p. m. 509. & fiduciā sublimiorum remediorum, fermenta morbosa
 penitus destruentium, amplecti affirmativam confessum sit. Mens
 autem præclarissimi hujus Philosophi & Medici est, ut spretis cri-
 sibus, non sine tædio à Medico & patiente expectatis, morbum
 aptis remediis, in primo statim principio profligamus, & sic in pri-
 ma, ut dicitur, herba obtruncemus, ne altas agat radices. Egre-
 gium sanè effatum! Sed quī sunt, mi Helmonti, hoc ritè perpen-
 dentes & non potius cachinnò excipientes; & si qui essent, quibus
 meliora finxit præcordia Titan, hoc verum censentes, unde depre-
 menda remedia, divinum ejusmodi effectum præstantia? Prostant
 equidem, observatione Præclarorum in re medica Virorum, quæ-
 dam, spem nobis facientia aliquam. Sic Essent. suam anonym.
 Præclar. laudat Langius ꝯum dulcem Misc. Curios. aliquoties jam
 citata

citata. Elix. Propr. Paracels. aliaq; alii; ast vereor, ut hæc semper speratum præstent officium, nosq; excidere spe sinant. Mihi, salvâ tamen aliorum prærogativâ, duo ad hoc negotium eligenda simplicia arrident, & nimirum & 3, intimos corporis perreptantia recessus, latitantesq; in his morbosas mineras invertentia & eliminantia. Absit autem, ut hæc svadeam usurpanda cruda, sed spagiricè & non vulgari modo præparata. Nimirum ambo hæc corpore ab impuritatibus, quas secum vehunt, quam optimè sunt liberanda, quod in 3io assequimur duplici viâ. I. Præstò sit retorta terrea, tubulata, cui ad aptandæ aliæ, duæ (sie müssen fein feste zusammen gebachfen seyn) firmiter, His, convenienti impositis furno oblongo excandefactisque probè, injiciatur debita in quâtitate 3. viv. præloabens, agitatus Δe (er præsefelt gewaltig hindurch) fumi sub forma in vas recipiens appositum. Finitâ operatione eximendus est 3, & per corium pro separatione 4is impur, copiosè undiq; vasi adhærentis, trajiciendus. Hic labor 2. 3. 4. ad lubitum reiterandus, prout nimirum magis vel minus finisatum essentificatumq; 3um volumus. Aliâ viâ ita proceditur. Nim. cum 3e com. vitriolo &c. 3 est 3undus hinc per alcalia ut Calce viva 3. 7. it. 7. crud. limat. 3 &c. in pristinam 3ii formam reducendus est; hinc denuò 3undus, reducendus &c. quoad lubuerit, & magis purum hunc exoptamus. Ex eodem fundamento & procedit 3 magnesiacus seu magnesia 3ni Veterum, qui nihil aliud quam 3 3ii per crystallos 3ni, ex hujus vitro conficiendos, sæpius 3tus, hinc per alcalia reductus, ob splendentem & lucidum fulgorem de se emittentem certè miraculosus, præprimis ideo, quia magnetis ad instar 3 laminatum ad unâ spatium distans licet, trahit, cumq; hoc jungitur inseparabiliter, ita, ut nulla arte iterum divelli queat; sed transeat hæc cum sublimiorem ad chemiam spectet, secretioribusque laboribus inserviat.

§. 32. Ex nostro 3io nunc ita finisato, à 3e impuro depurato & astrali, quæ tibi promittere, in morbis præprimis à vitiosa lymphâ pronatis, ut lue 3ea, morbis cum excretionibus cutaneis conjunctis &c. queas remedia, Tu ipse judicabere B. L. ego hoc
sal

Saltem addo, quod exin parata medicamenta planè alia sint, multis à vulgaribus parasangis differant, citraque salivationis, à Δ e impuro derivandæ, notam, in corpore nostro optatissimum effectum exferant.

§. 33. Alterum subjectum, propter suam in medicina nobilitatem, multis extollere laudibus non vacat, cum factum hoc sufficienter sciamus à B. Valentino, Kerck, in *Carr. Triumph.* Cōmentatore, aliisq; &c. Sufficiat proposuisse medicinam haut fucatam, sed veram adq; Basilii mentem, magis tamen apertè & absq; ullis difficultatibus, concinnatam. Nempe Recip. Mineræ ℥ ii, prout ex Hungaria affertur, silicib; partim flavis, partim crySTALLINIS, intermixtæ q.p. huic subtilissimè tritæ add. aëris cōcētrati Θ is ℥ i. (Θ enim sine opus aggrediendum non est) ana partem dimidiam. Hæc omnia inferantur phiolæ, seponanturq; superfusore majali vel ∇ pluviali Martia, vase aperto (ne rumpatur ob fermentantem mineram) ad fermentationem. Hæc peractâ procedatur secundum modum à Basilio Kerckringioq; descriptum, ut acquiratur † gle philosophicum. Hoc ita paratum superfundatur mineræ novæ optimè itidem levigatæ ad 3. digit. eminentiam, repetendo laborem, donec omnis extracta Tinctura sit. Hanc de novo supra dictis salibus legitimo pondere additis, fermentare oportet, hinc \mathcal{R} re, primò lento Δ e & qui saltem sufficit ad prolectionem phlegmatis, seorsim servandi; post fortiori, evecturo \mathcal{O} rubicundum, pellucidum, millibus striis in recipiens depluens. His ita peractis cum phlegmate primò stillante servatoq; ex capite mortuo extrahere Θ , quod coagulatum \mathcal{O} oq; junctum rubicundo, prægressa \mathcal{R} one, hoc exaltat in \mathcal{O} rubino rubicundius, nobilissimam in desperatissimis calibus, itsq; imprimis ex sanguinis succorumque cæterorum impuritatibus, natis, medicinam.

§. 24. Hisce nunc tam ℥ libus quam ℥ libus medicamentis, legitimâ methodo succurrendum censemus variolis metuendis: ab his enim harum fomes, ob summos, quos habent,

bent, penetrandi corporis intimos recessus, dotes, extinguitur, effatq; sine criseos i.e. ulcuscularum seu ipsarum variolarum, critica evacuatione à natura protrusarum, metu, secundum laudati Helmontii effatum, evanescet. O utinam & glum & glum otores, hæc cæ & angve pejus fugiētes, secū reputarent, qvalia arcana, nō dicā arcanorum miracula, sub horū tegmine natura occultarit; sanè o ejusmodi indigni, nobilissimorum horum subjectorum, censores, contemptores, & sic in Creatorem perjura capita existerent!.

§. 35. Interim si qvi sint, quibus ob certas adhuc enchereses Chemico versatori tamen hanc difficile aucupandas, vel laboris sumptuumq; tædium, adire Corinthum non liceat, illi in vulgari- bus etiam, licet non adeo expeditum, habebunt hac in parte suc- cessum, forsā ita impetrandum. Nempe facti certiores de gras- santibus variolis, infantibus, quibus timendæ hæ sunt, porrigant purgans appropriatum supra laudatum ex & io dulci ritè parato & quasi variolarum alexi pharmaco ad *imit. Misc. Cur. Ann. 3. c. 6.* repetantq; pro rei exigentia. Hinc in usum vocent cinnabarina itidem ratione & ii egregia; myrrhata, ut *Ess. myrrh. alcalis. castor. Anonym. Langii*; succinata, ut *⊖*ci succinatum, liq. C.C.* succinat. aliaq; egregiè in hunc finem profutura.

§. 36. Hæc sunt A.L. quæ Te de variolis, penna quidem voleate, scire decrevi, si nō omnia ad votum palatumq; proposue- ro, meo maturo nondum in re medica judicio, tuæ majori in judi- cando dexteritati, adscribas velim. Ego interim benignissimo Pa- tri rerum omnium Productori, Conservatori, gratias agam, quod in hunc usq; diem de animi corporisq; bonis benigniter prospe- xerit. Faxit & is porro, ut studium hocce medicum à teneris ada- matum ad finem optatum perducam, quo divinum ipsius nomen laudetur, miserqve proximus consoletur.

Tantum.

COROLLARIA.

I. ‡ per inferiora purgans acquiritu non adeo difficile, modo in hujus præparatione adhibeantur & minerales temperati, debite & non nimium fi- gentes particulas & ii volatiles ferocientes.

II. In ꝑi emetici præparatione (qvi vitriolum quoddã gle, prodente hoc sapore, meritò salutatur) insufficiens est ad imit. Mynf. pondus anaticum ꝑi, in 3plo enim 4plo & ultra, respectu croci partis unius, recipi potest teste experienciâ, ob virtutem ꝑii inexhaustam.

III. Θium volatiliū fixatio (talis nim. asservationi annuos in usus sufficiens quæ est) consistit in seperatione ꝑi empyreumatici, obtinenenda, sub rectificatiõe, chartæ emporeticæ vel spongiæ incurbita altiori suspensione, hinc Sp. V. rectificatissimi superinfusione, reliquũ particularũ ꝑi sarũ imbibētis, optimeq; sic citra viriũ jacturam figentis hæc.

IV. ꝑlium fixatorum, v.g. ꝑ diaph. bez. min. ꝑlis &c. effectus diaphoresin concernens, nō solum est privativus, consistens nim. in absorbendo acido primarũ viarũ, vitiõ digestionũ (f. n. enim in nullo animalium datur, sed præfens ceu productum & effect⁹ semper habendum est) enatõ, impediēte aliàs respectu conglutinationis sangvinis, diaphoresin; sed positivus; quatenus hæc, ratione in sinu adhuc foventis volatilis fermentativi, nondum in totum & penitus, sed in tantum à Øtri acido fixati, ad M.S. abrepti, fundēdo hanc, dissolvēdo & per conseq. magis agitando, sudorem in præparato corpore movent, sicqve contenta morbosa sero in voluta ad peripheriam protrudunt.

V. Vis cinnabarum antepileptica unicè derivanda à ꝑio à ꝑis acido coagulato; quippe qvi, a compedibus in primis viis non, nihil laxatus fermentatione, totum corpus penetrar, fermenta, morbosa acidaqve rodentia quæ vis figendo & corrigendo,

gendo, morbos sufflaminat, & partes pristinae puritati restituit.

VI. Carminativus D. Mich. de tribus (qui merito carminantium antesignanus salutandus)
 ☐sum, ritè præparatus, spirans adorem, non solum viscida (forsan & reliqua carminantia) incidendo, attenuêdo flat⁹ pellit, sed ipsèet, etiã in purissimis à cruditatib⁹ corporib⁹, facile in gas flatulentũ, assũpt⁹, abit, sicq; flatus flatib⁹, ceu cune⁹ cuneũ trudit.

VII. ☐sum in dicto ☐ non procedit ex ☐o solo, sed maximam partem ex ☐tro ipso, prout hoc manifestè docet ☐ ☐tri volatilis ☐sus, ☐ui de tribus, ut ovum ovo, simillimus.

VIII. ☐. vitriolatus vulgari modo præparatus & Arcan. dupl. Myns. tam ratione fiendi modi, quã ratione proprietatum & effect⁹ sunt unum idemq; medicamētum, quapropter ineptè à quibusdam in formulis præscribuntur simul, cum alterutrum horum sufficiat; imò arcano parabiliore & parergo præsentè, ☐o viriolato in totam carere possumus, cum ut plurimum hic à Pharmacopæis majoris invendendo æstimetur, sicq; patientium crumenæ magis, non sine conscientia, emulgeantur.

IX. Tachenianus ratione acidi volatilis, ex crudo vitriolo accepti, magis existit purgativus quã vulgaris. In huj⁹ autem præparatione duo notanda veniunt 1. Loco vitrioli ☐tis artificiosè parati sufficere Goslariense vel quodcunq; non adeo seum (omne enim ☐le arte paratum etiã ex purissimo, ut habetur, chalybe, quãdiu sub veste viridi apparet ☐is expers non est, levi negotio & enchèresi conspectui dandæ cujusvis.) 2. Saturationis punctũ
 tam

tam religioſe a Tachenio in Hipp. Chem. & Clave
propoſitum, vix, conſequutum ſtudioſe licet, adeo
potens eſſe, ut particulas & eas omnes cū ochra ſtet,
qvin potius ſolutionem viridem relinquat; qvapro-
pter aliā opus eſt encheſi, qva mediante hanc pel-
lucidam, hinc cryſtallos, poſt inſpiſſationem debitā
candidas & adamantinas aſſeqvaris. nim. ꝯ accedat,
qvē inibi adhuclatens ꝯ laſciva, meretricio amplexu
recipit, ſicq; priſtinū domicilium clarū pellucidūq;
relinquit, facile in cryſtallos elegātes redigendum.

X. Confortantia ſeu roborantia calida, non
prius remotā cauſa morbifica archæum moleſtante,
mirè in qvibusvis jaçtata morbis, ſine omni ratione
& efficacia applicantur corpori ægroto, cum natura
in motu ſuo turbata hæc ſibi applicare neſciat. Mo-
do igitur prius removeantur removenda, tunc opti-
mè cōfortabitur hoc, majusq; robur à vini boni hau-
ſtulo experietur æger, qvam ſi aliquot amphoras
confectionum cordialium ambratarum, totasq; la-
genas aliorum liqvidorum confortantium hauſerit.

ꝯlium qvorundam vis ophthalmica conſiſtere
videtur in vitriolo adm. volatili & penetrante, cuiꝰ
ratione qvælibet oculorum vitia demit, magis ta-
men promptè qvam vulgare, qvod ratione acidi
paulo fixioris non æque promptum ſe ſiſtit.

XII. Sub ꝯrum aromaticorum per veſicam
deſtillatione, cum non minimum ab ▽ abſorbeatur
omnium teſtimoniô, meliorem & magis profutu-
rum modum vix habemus qvam Qndo aromata
ex lampadis furno, utpotè qvi ſine notabili empy-
greomatis nota hæc ex retortula in vas appoſitum
urget.